



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè fidelis & verè devoti ...

... De Excellentissimis Jesu Christi Dei-Hominis

Louis François <d'Argentan>

Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1723

VD18 80217931

Consultatio XII. De Baptismo & Jejunio Jesu Christi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45509

riores sunt & molestiores. Verum quidem est, ipsam quandoque frui consolationibus, quæ transcendunt ea omnia, quibus tum ab Angelis, tum ab hominibus & omnibus simul creaturis locupletari posset, eòquod divinæ sint, illasque ipsa hauriat ex eodem fonte, e quo Beati in cælo hauriunt & abundanter bibunt vitam suam æternam. Sed aliquando obruitur afflictionibus tam amaris, ut excedant ea omnia, quibus à creaturis simul omnibus cruciari posset & affligi, eòquod afflictiones sint divinæ, ipsaque dicere possit cum sancto Job *Mirabiliter*, mi DEUS, *me crucias*; nempe ratione, quæ admirabilis sit, & incomprehensibilis verum hæc meliora ipsius sunt tempora, si benè id capiat. Omnis ipsius fidelitas in hoc tunc vertitur, ut constans permaneat in afflictione, nec citius velit ab eâ liberari, quàm placeat Deo, in morem incudis, quæ inconcussa

Job, 10. v. 16.

semper & immobilis manet, omnes expectans ictus sibi infligendas, plurimum in hoc utilis suo Magistro & Domino, absque eo quòd quidquam faciat aut agat. Tempore afflictionis faciendum nihil est, quàm pati & Deo hoc sufficit; Et anima in hoc statu proficit mirabiliter, si persistat patièdo fideliter.

Fatendum est, miras afferre delicias, bonam invenire animam, quæ DEI repleta sit spiritu. Totus sine fastidio duxissemus dies in ducto ab illa & cum illa colloquio, cum nec unicum nobis diceret verbum, quod singulari gratiæ nos consolantis careret unctiōe. Sed tandem relinquenda nobis fuerat in sua solitudine, ubi morabatur ipsa ad honorandum absconditam Domini & Salvatoris nostri vitam, quatenus & nos nostrum prosequeremur iter, quod nos deduxit & in regiam iteratò direxit |viam.

CONSULTATIO XII.

De Baptismo & Jejunio Iesu Christi.

Ingens exorta erat disceptatio inter pastorem magni cuiusdam pagi & parocos sive curiales ipsius, circa imaginem

quandam sancti Joannis Baptistæ, qui erat loci patronus. Parochus volebat illam mutare, & populus id tolerare nolebat.

Bbb 2

Fere-

Ignorantia
vulgi.

Ferebantur à tempore longif-
simo, speciali devotione in vo-
lutam quandam imaginem, re-
praesentantem ipsum in deserto,
ex parte nudum, & ex parte in-
dutum cilicio è pilis Camelorum
conferto, portantem in ma-
nuum suarum unâ librum clau-
sum, cui infidebat agnus, quem
digito monstrabat. Circa quod
indocti diversas sibi formabant
imaginationes, & plerasque fal-
sissimas juxta perveracis impe-
tum ingenii, quo persuadebant
sibi nonnulli, crexisse ipsum
gymnasium in deserto, ut deser-
tos faceret infantes & doceret
eos literas, eòquòd gestaret li-
brum; alii, quod custodièrit
greges, eòquòd monstraret &
praeferreret agnum.

Concil. Tri-
dent. Sess. 25.

Parochus, qui doctus erat, &
bonò imbutus zelò, instruxerat
ipsum magnâ diligentia, juxta
Decretum Concilii Tridentini,
circa naturam, significationem,
& bonum usum imaginum, ip-
soque docuerat, quòd, licet
DEus sit purus spiritus, qui nul-
lo repraesentari & oculis exhi-
beri possit corpore; nihilomi-
nùs cum nos corporales simus,
& anima nostra, quamvis spiri-
tualis sit, velut corpori inclusa
ex carne, instrui non possit, ni-
si per cognitiones, quæ insinuent
se in illam per portas sensuum;
ex bonitate suâ accommodare
se nostræ voluerit imbecillitati,

Zelus boni
Pastoris in
instruendo
suo populo.

& ipsemet sub diversis depingi
imaginibus, modò sub corpore
humano, modò sub specie co-
lumbæ, modò sub figurâ agni,
modò sub formâ ignis, modò
sub effigie venti & suavitu flan-
tis zephyri, ut demonstraret se
nobis, non talem, qualis reipsâ
est, sed juxta quod capaces nos
sumus concipere aliquid ex ip-
sius essentiâ & perfectionibus
ipsius divinis; quòdque hanc ob
causam omnes Prophetæ veteris
Testamenti, & tota Apocalypsis,
quæ Prophetia est Testamenti
novi, plenæ sint ejusmodi ima-
ginibus, quæ non aliis exsculptæ
& celatæ sunt manibus, quam
illis ipsiusmet DEL.

Insinuavit ipsis, usum sancta-
rum imaginum tantæ antiquita-
tis esse in Ecclesia Catholica, ut
ipsemet JESUS CHRISTUS illarum
primus extiterit Auctor, quando
Abagarus Rex Edessæ, avidus
ipsius habendi imaginem, ex-
pertissimum misit regni sui pi-
ctorem, ut sibi ad vivum effi-
giaret ipsum: Vir hic suos in
adorandam, hanc faciem ferens
& figens oculos, tantam vidit
ex eâ diffundi majestatem ac
splendorem, ut offensus ac of-
fusus hoc lumine, nec ullum
formare potuerit penicilli du-
ctum; adeoque infecto opere
rediisset domum, nisi JESUS CHRIS-
TUS consolari volens pium hujus
principis desiderium & demon-
strare

Verus usus
imaginum.

strare nobis, approbare se sanctorum imaginum usum, se ipsum in momento depinxisset, admo-vens duntaxat aliquod linteum faciei suæ, quod hodieum adhuc asservatur Genuæ.

Jesus Christus confirmat usum imaginum.

Et cum iret ad montem Calvariaz, passurus ibi pro nostra salute mortem, relinquere nobis voluit dolorum suorum imaginem linteo impressam Veronicæ, quæ monstratur Romæ in Ecclesia sancti Petri, non representantem, uti pictores depingere solent, faciem tersam, plenam & minio tinctam, sed faciem horridam ex fulcis, vibicibus, sanguine & sputis, quibus operata erat, spectaculum doctorum & calamitatum sancto afficiens animum honore. Ecclesia pretiosè conservat imagines pietas ab ipsomet, qui est imago æterna DEI Patris, quique demonstrat per hoc, approbari à se sacrarum usum imaginum.

Matth. 9.
Luc. 8.
Usum imaginum à principio Ecclesiaz.

Euseb. lib. 7.
hist. c. 14.

Attulit illis exemplum pietatis in scemina illa à fluxu sanguinis à Domino & Salvatore nostro curatâ, quæ in grati animi ob acceptum beneficium significationem, tum ad conservandum ejusdem memoriam, & exponendum illud publico, erigi curavit statuam in civitate Cæsareâ representantem Salvatorem suum, cumque ipsam stylobatâ innixam sustulisset in altum, DEus devotionem ipsius

magnis confirmavit miraculis, producens herbam circum imaginem, quæ excresecens, quoad tangeret simbriam vestimenti ejus, recipiebat virtutem omnis generis sanandi infirmitates. Julianus Apostata insensibilis hostis gloriæ Jesu Christi, demolitus est eam, suamque in locum ipsius subrogavit; sed impietas ipsius quantocius multata fuit, eoque referente Sozomero icta & contrita fuerit fulminis ictu.

Sozom. lib. 5.
c. 21.

Histor. Tripart. lib. 6.
c. 19.

Instillabat ipsis plurimum devotionis erga imagines, non tantum Salvatoris nostri, sed Sanctissimæ Virginis & Apostolorum, & aliorum Sanctorum, quos tota Ecclesia semper maximâ prosecuta est veneratione, velut perpetuam memoriam eorum, quorum non amplius fruitur præsentia, velut sermonem patheticum ciendis animorum motibus aptum, non auribus, sed oculis loquentem, ac in momento representantem historiam de præclaris sanctorum facinoribus; velut librum semper apertum, ubi maxime rudes & indocti legere possint veritates religionis.

Bono ergo huic Pastori non erat animus subtrahendi ipsis auferrî vel imaginem suam sancti Joannis mutari imagines diffor-
Sed cum necessarium fuerit ipsam mutare, eoque tum temporis morâ, quæ consumit omnia,

Ecclesia vult mutari imagines diffor-
mes.

nia, tum aliis, quæ acciderant, contingentiis, aliquam contraxerit deformitatem; ob quam causam Ecclesia mandat vel illas mutare, vel renovare, vel omninò auferre, statuerat mutare illam in aliam ejusdem sancti Joannis; Et quia credebat, in tota vita magni hujus sancti non contineri actionem magis illustrem illâ, quæ conferebat ipsi honorem attollendi manum suam supra caput Jesu Christi, ad ipsum Baptizandum in Jordane, repræsentare ipsum in speciali hoc volebat mysterio, velut in splendidissimo gloriæ suæ triumpho. Sed populus rudis & semper antiquis suis consuetudinibus protervè affixus ac animo persuasus, se non habiturum amplius eundem sanctum Joannem, nisi eandem adhuc haberet imaginem, opponebat se fortiter; Et eòsque devenerat res, ut essent in procinctu intentandæ litis.

Bonis nos avibus illuc transivimus, & impedivimus illam: siquidem duæ partes, videndo

nos esse advenas & extraneos; crediderunt nos proprii commodi nullam habituros rationem, & convenerunt de lite suâ nostro committendâ arbitrio. Oportuit ergò ex fundamento illius cognoscere argumentum. Pastor ex unâ parte, qui erat vir doctus, rerumque gerendarum peritus, ipsemet suam agebat causam: ex altera parte elegerat sibi populus, ad tuenda sua commoda, senem quendam Causidicum, incolam loci, ubi tantum sibi comparaverat existimationis, ut omnes suas causas ipsi velut judici committerent. Disceptabant ambo, unus, pro repræsentando sancto Joanne Baptizante Jesum Christum; alter pro retinendo semper illo velut jejunante in deserto & orante. Attulerunt autem nobis res ad eò pulchras de Baptismo & jejunio Jesu Christi, ut credam vos non parum voluptatis, quin & utilitatis hausuros, dum auribus haurietis illas. Pastor incepit ita.

ARGUMENTUM.

Maxima gloria sancti Joannis Baptiste est, Baptizasse Jesum Christum.

ARTICULUS I.

Quare exponantur imagines sanctorum.

Nemo est, qui non fateatur, quod, cum imagines sint memoriæ visibiles sanctorum,

simulacra & effigies, quas Ecclesia nunquam non expositas servat oculis hominum, ut ipso-
rum

Cur
finu
ni n
Jord

rum obliviscantur nunquam; cum aperti sint libri accumulantes & exornantes laudibus ipsorum sanctitatem, silentio magis ratione quâdam facundo, quàm omnia sint verba; cum monumenta sint gloriæ, quæ suâ promeruerunt virtute, multo melius, quàm statua illa, quas in foris publicis antiquitus erigebant populi illis, quos velut suos venerabantur Heroes; & tandem cum trophæa sint magnifici illius triumphi, quem æternaliter agunt in cælis, post omnes reportatas potentissimâ gratiâ DEI in terris victorias: nemo est, qui non fateatur, quod, si alicujus sancti efformanda sit imago, æquissimum sit effigiare illum in præclarissima, quam in vita sua exhibuit & exantlavit, actione, cum ex hac in ipsum plus venerationis, & in DEum plus refundendum sit honoris & gloriæ: Jam certum est, quod exponere oculis imaginem sancti Joannis in formâ Baptizantis Jesum Christum ad Jordanem, spectaculum sit tam magni quidquam ac magnifici complectens, ut in tota magni hujus sancti vitâ, nihil occurrat illi comparandum.

Cur Baptismus Domini nostri ad Jordanem.

Siquidem quid propriè est Baptismus Jesu Christi, nisi prima, quam suæ dedit Ecclesiæ, nativitas, quâ prodire fecit ip-

sam è sinu aquarum, dum ipse met illas intrare dignatus est; ad recipiendum ibi mysteriosum Baptismum, qui designabat jam illum, quem brevi post instituit, ut sinus esset fecundus, qui totam suam pareret Ecclesiam. Nos non sumus nisi parvuli abortivi fœtus peccati & objecta iræ DEI, dum nascimur è sinu matrum nostrarum, sed omnes evadimus filii DEI, deliciae cordis ipsius, & hæredes regni ejus, dum nascimur è sinu Baptismi. Quid facit ergo Christus Jesus in baptismo suo? Magnam operit & reserat januam suæ Ecclesiæ, ut introducat per eam infinitam multitudinem fidelium, qui per cuncta sæcula replebunt illam. Et dici potest, quod sanctus Joannes ipsi conferens Baptismum, consignaverit manibus ejus clavem illius. An dici quidquam possit magnificentius.

Quid est ulterius Baptismus ^{Mysterium} Jesu Christi? Est primus gressus, ^{Baptismi JE-} quem format ad aggrediendum ^{su Christi.} vitam publicam, cunctisque manifestam. (Nam hucusque vixerat semper absconditus in profunda solitudine.) Erant hæc nuptiæ, quas contraxit cum sponsa sua Ecclesia. (Nam exin non desit reddere ipsam fecundam per generationem & nativitatem plurimorum filiorum) erat hæc magnifica promulgatio ^{iplen-}

splendidissima hujus Legationis, quam accepit à Deo Patre suo: siquidem hanc cœlum manifestavit terræ, dum vox patris intonuit, & palam audita est: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.*

Matth. 3.

Tria mysteria
concurrunt
eodem die.

Haud factum est absque speciali consilio sapientiæ divinæ, tria magna mysteria vitæ Jesu Christi concurrere eodem die, licet non eodem anno. Ab introitu ipsius in mundum, & decimo tertio die vitæ ipsius mortalis, qui erat sextus dies Januarii, Reges Magi venientes ab Oriente sub directione sideris cœlestis se prosternunt coram ipso, ad ipsum adorandum & offerendum illi munera, aurum, thus & myrrham, & per mystica hæc dona confitentur ipsum ceu Regem Regum, ceu DEUM æternum, ceu hominem mortalem. Ecce tibi ingens mysterium totum plenum ac refertum excellentiis Dei nascentis.

Triginta annis post, eodem die sexto Januarii Jesus Christus accessit sanctum Joannem, qui palam baptizabat populos in Jordane, ipsisque prædicabat poenitentiam voce ardenti, & animatâ prorsus zelo spiritus DEI; Intravit ipsemet in aquas Jordanis, postquam se totum exuisset nudum sicut erat mos Judæis, volens nobis ingenti mysterio demonstrare per uni-

versalem omnium partium corporis sui naturalis Baptismum, quod ita lavare velit suarum gratiarum aquis omnia mystici sui corporis membra, nempe Ecclesiam: Exiit se omnibus vestimentis suis, ut doceret nos, exuendum omninò nobis esse totum veterem hominem. Et venerabilis Beda affirmat, eodem loco, ubi deposita erant vestimenta nostri Salvatoris penes Jordanem, postea ædificatam esse Ecclesiam magnificam & celebre Monasterium in honorem sancti Joannis Baptistæ.

In magnifica hac ceremonia Baptismi Jesu Christi, qui, cum hucusque habitus non fuerit nisi pro filio Joseph, agnitus exin palam declaratus fuit tanquam filius unicus Patris æterni. In hac se cœlum aperuit, & Omnipotentis vox ab alto resonuit, & Spiritus Sanctus totus visibiliter sub formâ columbæ descendit ac sedit super caput ejus, approbans & confirmans per oculos id, quod audierant per aures, & quasi designans, quis è duobus, vel Jesus, vel Joannes Baptista intelligi debeat, de quo enuntiet cœlum: *Hic est Filius meus dilectus.* Denique in hac omnes edocti sunt mortales, quod Jesus Christus esse deinceps debeat unicum dilectionis suæ objectum, cum & dilectionis objectum sit Patri suo æterno;

De locis sanctis cap. 17.

Jesu Christi fuit palam declaratus Filius DEI in Baptismo suo

Matth. 3. v. 17.

no; quod sicut hic suam in ipso habuit complacentiam, sic & ipsi omnem suam complacentiam debeant in illo collocare. Ecce tibi adhuc ingens Mysterium, æquè prodigiis ac excellentiis Salvatoris nostri dives ac primum.

Anno post, qui dedit initium anno trigesimo secundo vitæ ipsius humanæ; eodem sexto die Januarii invitatus fuit ad nuptias Canæ Galilææ, ubi miraculorum suorum patravit primum ad preces sanctissimæ Matris suæ, convertens aquam in vinum. Circa quod sanctus Epiphanius observat rem admirabilem, quod adhuc suo tempore singulis annis renovatum fuerit hoc miraculum ad confirmandam fidem fidelium & confusionem incredulorum, quodque in pluribus locis aqua fluviorum & fontium facta fuerit vinum optimum, eodem die & eadem horâ, quâ Jesus Christus omnipotens hoc enuntiavit verbum super aquæ hydrias: *Haurite nunc & ferre Archirielino.* Expresse dicit, quod aqua alicujus fontis, quem vocabant *Cybes*, in civitate Carîæ, mutata fuerit in vinum notæ excellentis, & ipsemet biberit ex eo; quod insuper fratres sui biberint ex alio vino, hausto ex altero fonte Arabiæ, quem appellabant *Gerasa*, existente in templo quodam sanctis Marty-

ribus dedicato; quodque plures alii attestati sibi fuerint, se invenisse aquam Nili eodem die mutatam in vinum. *Nos bibimus de S. Epiphani. Cybes fonte fratres verò nostri de eo, hæret. 51. qui est in Gerasa, in Martyrum templo; sed & multi de Nilo hoc testantur.* Ecce ergo tibi tertium Mysterium, quod duobus aliis eodem die patratis conjunctum, non minus addit splendoris gloriæ & excellentiis Christi Jesu, quam priora.

Jam quando intueor imaginem sancti Joannis Baptistæ Filium DEI in Jordane, totus hic prodigiorum cumulus occurrit menti meæ, cælum apertum, vox Patris, Spiritus Sanctus, qui visibiliter apparuit: Ecce tibi illum, quem cælum jamjam per accensum nuntiaverat sidus, & à Regibus fecerat adorari. Quando aspicio hanc aquam honoratam & sanctificatam contactu adorandi ipsius corporis: Ecce tibi illum, qui convertit aquam in vinum, primum suum elemento aquæ consecrans & dedicans miraculum, velut benè auspiciatum præfagium innumere multitudinis miraculorum, quæ incessanter operatur pro salute nostra in aquis nostri Baptismi & in lachrymis pœnitentiæ. Et videns, quod sanctus Joannes Baptista sit velut Magister cæremoniarum, dirigens speciosam hanc functionem, vel

ccc velut

Conversio aquæ in vinum contigit eodem die Baptismi, anno sequenti.

Miraculum hoc singulis annis renovatum,

Joan. 2. v. 8.

ocis hæ-

ap. 17.

Christus palam ratum fuit DEI in fimo suo

th. 3. 17.

velut Pontifex solemniter sacris operans in magno hoc Festo, auctus honore suam attollendi manum usque ad caput proprii Filii DEI: quæro, an quidquam magis splendidum, magisque gloriosum in totâ ipsius vitâ occurrat aspiciendum. Qui Baptizat aliquem infantem, creditur ratione quâdam esse ipsius Pater; & sanctus Joannes Baptista Baptizans Filium Unigenitum Patris æterni, nonne videtur quandam habere umbram paternitatis Divini hujus Patris?

Baptismus Christi est naufragium figurarum veteris Testamenti.

Quid est denique Baptismus Salvatoris nostri? Est naufragium figurarum veteris Testamenti, quæ tumulantur sub aquis Jordanis, & nativitas veritatum sancti Evangelii, quæ prodeunt ex eo: Baptismus enim sancti Joannis, qui omnium est meta figurarum, cedit locum veritati Baptismi Christiani, qui Sacramentorum nostrorum est primum, cujus ipsa jam apparere videbat, si non institutionem & præsentiam, saltem promissionem & primam auroram. Ipse est finis Testamenti veteris & initium novi, quorum cum representatur per sanctum Joannem, & alterum per Jesum Christum: Ambo conveniunt in iisdem aquis, ad submergendum ibi unum, & extrahendum inde alterum. Hic adimpletum est ingens hoc & magni-

ficum Vaticinium Vatis coronati: *Vox Domini super aquas; Deus Psalm. 29, Majestatis intonuit, Dominus super aquas multas. Vox Domini super aquas.* Hic est sanctus Joannes Baptista, qui vocatur vox verbi, quique præsidet aquis Jordanis. *Deus Majestatis intonuit: Est vox Patris æterni, quæ audita est ab omnibus, declarans Baptizatum esse Filium suum Unicum.* *Dominus super aquas multas; Eoquod omnes aquæ elementares indiscriminatum, fontium, fluviorum, maris (non autem aquæ artificiales) postquam inservierunt Baptismo Jesu Christi in Jordane, divinam obtinent virtutem, quæ reddantur fecundæ ad producendum gratiam sanctificantem in animabus, quando junguntur verbis exprimentibus adorandas tres personas, quæ apparuerunt in augustissima functione Baptismi Salvatoris nostri, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus: Pater in cælo, Filius in Jordane, Spiritus Sanctus inter ambos. Et sanctus Joannes Baptista associatus gloriæ magnæ hujus functionis, in qua manum suam supra caput Verbæ æterni attollens, & aquam supra corpus ipsius affundens demoliri videtur omnes figuras veritatis. An quidquam gloriosius sit pro hoc præcursore Messiæ?*

Hic Ecclesiasticus videns, exitum hunc Pastorem habere intel-

Vox Domini
super aquas.

Bap
Jo
tol
cat
nal

tellectum imbutum pulchris ipsi ansam explanandi nobis ad-
cognitionibus circa Baptismum huc pulchrioras, sequentes ipse
Salvatoris nostri, ut præberet proposuit quæstiones.

ARGUMENTUM.

Cur & quomodo Jesus Christus Baptizari voluerit.

ARTICULUS. II.

Baptismus S. Joannis non tollebat peccatum originale.

QUid opus erat Jesum Christum recepisse Baptismum? Dicere, hoc fuisse, ut liberaretur à peccato originali, foret blasphemia; siquidem, cum personaliter sit DEus, capax non erat peccati vel minimi; & quando infans noxæ originalis reus, etiam præsentatus fuisset Baptismo sancti Joannis, non fuisset ab illa liberatus, cum ille non fuerit Sacramentum novæ legis, quod gratiam confert ex se ipso, sed simplex figura legis antiquæ, quæ non nisi gratiam promittebat. Dicere, quod debuerit ipsum baptizare, ut imponeret ipsi nomen, jam acceperat ad orandum nomen Jesu, è cælo allatum ipsi ab Angelo, & impositum à sancto Josepho, tempore circumcisionis suæ. Dicere, Baptismum ipsi fuisse necessarium, ut admitteretur in numerum fidelium per impressionem sacri characteris, quem recipimus in Baptismo, quique distinguit nos ab iis, qui non sunt filii DEI; erat ipse unicus Filius DEI ex natura sua, erat natus totius Eccle-

sia caput, erat unctus Domini à propria suâ divinitate; adhæc Baptismus Joannis non imprimebat characterem, sicut Baptismus Christianorum. Dicere tandem, illum venisse illuc, sicut venerat omnis reliquus populus, ut excitaretur ad pœnitentiam visibili hæc cæremonia, & vehementi sancti Joannis exhortatione, novimus ipsum nullâ indignisse pœnitentiâ pro seipso, eò quòd ipsa extiterit innocentia, & ipsa per essentiam sanctitas. Verum quidem est, ipsum magnas exantlare voluisse pœnitentias pro nostrorum expiatione criminum; sed huc ferebatur ex impulsu divinæ charitatis suæ, quæ tam succensa erat, ut omnes ardor, qui adurere potest corda omnium tum Angelorum, tum hominum, in comparatione cum zelo suo, non nisi gelu sit & glacies. Cur igitur recipere voluit hunc Baptismum è manu præcursoris sui.

Non erat necessarius Christo.

Sex pulchre rationes, ob quas Jesus Christus recipere voluit Baptismum Joannis.

Id fecit ex pluribus ponderosis & pulchris rationibus. 1. Prima,

Ccc 2

quia



quia cum onerari voluerit omnibus nostris peccatis, exhibebant hæc totam naturam humanam innumerâ multitudine enormium criminum defœdatam; & Baptismus, quem recipiebat, demonstrabat, necessitatem, quâ indigebat lavari illa sacro suarum Baptismate gratiarum. 2. Secunda, quia approbare voluit & confirmare Baptismum sancti Joannis, quo excitabatur universus populus ad baptizandum animas suas aquis pœnitentiæ, sicut is ipsorum baptizabat corpora aquis Jordanis. 3. Tertia: quia per hoc existimationem conferre voluit ipsi sancto Joanni, exhibendo ipsi maximum, quem recipere in terris poterat, honorem, ut testimonium, quod universo populo reddere debebat de veritate Messia, tantò majori præstaretur ab ipso cum auctoritate. 4. Quarta, quia recipere hæc occasione voluit testimonium Authenticum divinitatis suæ & Filiationis suæ divinæ, ex proprio ore Patris sui, in præsentia universi populi, qui turmatim accurrerat ad prædicationem sancti Joannis Baptistæ, qui audirent descendentem Spiritum Sanctum & manentem super caput ejus, sub figurâ columbæ. 5. Quinta, ad demonstrandum, quod sepeliret veterem Adam & Synogogam sub aquis, isque

novam progignere vellet Ecclesiam, quàm educeret totam puram ex aquis Baptismi; vel ut loquitur S. Gregorius de Nazianzo: *Ascendit JESUS de aquâ secum quodammodo demersum educens & elevans mundum.* 6. Sexta, ut populi videntes, quod semetipsum submiserit ad recipiendum Baptismum, tantò magis essent dispositi ad recipiendum illum, quem paulò post instituturus erat, cujusque jam demonstrabat materiam & formam, non suis verbis, sed suis factis juxta doctrinam sancti Thomæ: siquidem ipsemet erat in aqua, quæ Baptismi sui est materia; & forma illius manifesta apparuit in persona Patris, qui se manifestavit è cœlo; in persona Filii, qui cernebatur in aqua Jordanis; & in persona Spiritus Sancti, qui apparebat in aère sub specie columbæ.

Sufficit, interpellat ipsum Ecclesiasticus, probè capio omnes rationes tuas, & illarum adhuc alias perspicio; sed lubens scirem, quem finem sortita fuerit ipsa disceptatio, cujus sanctum Evangelium paucis verbis mentionem facit, JESUM Christum inter & sanctum Joannem, quando hic magna cum reverentia dicit: *Ego à te debeo Baptizari, & tu venis ad me.* An justo suo desiderio frustratus fuit divinus hic præcursor? an non

rece-

Naz. orat. in
sancta lumina

3. p. q. 66.
a. 2.

Math. 3.

recepit Baptismum à Salvatore nostro?

Nulla de hoc est certitudo, inquit ipsi pastor: Certum quidem est, ipsum ad hunc recipiendum nullam habuisse obligationem: siquidem ultra quod liberatus fuerit à peccato originali & sanctificatus in utero Matris suæ, lex Baptismi nondum erat promulgata, nec habebat vim obligandi usque ad tempus Pentecostes, quando Apostoli spiritu DEI repleti inceptorum publicare illum; quod accidit longo tempore post mortem sancti Joannis Baptistæ. Sanctus Gregorius Nazianzenus pro certo tenet, quod æquali potius fuerit honore, ut Baptizaret & Baptizaretur à Salvatore nostro: *Ut ipse Baptistam baptizaret.* Et videtur hic esse sensus & traditio antiquissimorum patrum Ecclesiæ. Sanctus Evodius, qui immediatè successit sancto Petro in Cathedra Antiochena, composuit Epistolam, quam inscribit lumen, in qua dicit, quod IESUS CHRISTUS baptizaverit propriâ manu sanctissimam Virginem Matrem suam, & sanctum Joannem Baptistam, & sanctum Petrum, & sanctum Jacobum, & sanctum Joannem; quam veritatem benè addiscere potuit à S. Petro, cum fuerit ipsius Discipulus ac successor.

Sed tamen replicat Ecclesiasti-

cus, humilitatis hæc erat disceptatio IESUM inter & sanctum Joannem Baptistam: Quis amborum tulit palmam? O pulchrum spectaculum, tanti roboris, ut profunda admiratione teneat defixos tum Angelos tum homines, videre creatorem & creaturam disceptantes, quis cedat alteri! Quis obtinebit victoriam? an palmam reportans erit humilior? Verùm si palmam reportet, attolletur supra alium, & si magis attollatur, quomodò erit humilior? Sed ex altera parte, si non reportet, nec vincat in pugna humilitatis, quâ ratione humilior erit? Sanctus Joannes sustinet, suum esse baptizari, & suum submittere manibus divinis caput: IESUS CHRISTUS sustinet, suum esse baptizari à Joanne, seque ipsius se manibus submissurum. Quid faciat sanctus Joannes? Si pertinaciter resistat, non est humilis, cum voluntati DEI non cedat; & superbus est, si cedat, ipsumque baptizet; eòquòd quædam auctoritatis sit species, quæ vilem creaturam dedecere videatur summè; nihilominus cedit, & omnem, uti æquum erat, IESU CHRISTO reliquit humilitatis prærogativam; sed jacturam compensat aliunde ex obedientia, quæ excellens humilitatis est opus.

Admirandum hoc exemplum amulantes magni duo sancti, &

ccc 3 duo

orat. in
a lumen

q. 66
2.

Naz. orat. 39.

S. Evodius,

Sanctus Joannes
Baptista
fuit Baptiza-
tus à Jesu
Christo.

h. 3.

Humilitas & praeceps humilitas. Audiant elati: superbia divi. Ante ruinam exaltatur spiritus. Audiant humiles: DEUS humilia respicit. praeceps inter se. Audiant elati: Et alta à longè cognoscit. Audiant humiles, quia Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare. Audiant elati; quod de eorum capite scriptum est: Ipse est rex super omnes filios superbia. Occasio igitur perditionis nostrae facta est superbia diaboli, & argumentum Redemptionis nostrae inventa est humilitas DEI. Hostis enim noster inter omnia conditus, velut videri super omnia elatus; Redemptor autem noster magnus manens super omnia, fieri inter omnia dignatus est parvulus. Dicatur ergo humilibus, quia dum se deji- ciunt, ad DEI similitudinem ascen- dunt. Dicatur autem elatis, quia dum se erigunt, in aportata Angeli imita- tionem cadunt. Quid igitur elatione dejectius, quae dum supra se tendit, ab altitudine vera celsitudinis elongatur? Quid autem humilitate sublimius, quae dum se in ima deprimat, Auctori suo manenti super summa conjungitur?

S. August. Epist. 56.

Adhuc si dubitemus adhuc, solum exercitium veræ & sinceræ humilitatis esse compendium omnis justitiæ Christianæ, lega- mus egregiam illam epistolam quam exaravit sanctus Augusti- nus ad Dioscorum. Hic admonet ipsum, exhortatur ipsum, af- fectu plusquam paterno exsti-

mulat ipsum, ut omni studio incumbat & invigilet perfectio- ni Christianæ, cujus si prima principia & regulas fundamen- tales nôsse desideras, ecce tibi illas. Huic te, mi Dioscore, ut totâ pietate subdas velim, nec aliam tibi ad capeffendam & obtinendam veritatem viam munias, quam qua munita est ab illo, qui gressum nostrorum tan- quam DEUS videt infirmitatem. Ea est humilitas, secunda est autem prima humilitas, secunda humilitas, tertia humilitas; & quo- ties interrogares, hoc dicerem, non, quod alia non sint præcepta, quae dicentur, sed nisi humilitas omnia, quae bene agimus, & præcesserit, & comi- tetur, & consecuta fuerit, & propo- sita quam intueamur, & apposta cui adheremus, & imposta, quæ reprimamur, jam nobis de aliquo bono facto gaudentibus, totum extorquet de ma- nu superbia. Itaque sicut Rhetor ille nobilissimus (Demosthenes) cum in- terrogatus esset, quid ei primum vi- deretur in eloquentia præceptis obser- vari oportere, pronuntiationem dici- tur respondisse: Cum quæreretur, quid secundo, eandem pronuntiationem; quid tertio, nihil aliud, nisi pronun- tiationem dixisse: si interrogares, & quoties interrogares de præceptis Chri- stianæ religionis, nihil aliud responde- re, nisi humilitatem liberet, & si forte alia dicere vellem, necessitas co- geret.

Elogium & magna vis ve- ritatis.

ARGU-

ARGUMENTUM.

Quod spectaculum Baptismatis Jesu Christi mirifice nos doceat, quomodo nosmetipsos Baptizare debeamus.

ARTICULUS III.

Non deflexi à proposito, prosequitur Pastor, dum immoratus fui exemplo humilitatis adeo profundæ Jesu Christi, & præcursoris ipsius, in actu, quo unus confert & alter recipit Baptismum. Siquidem hunc totius hujus sacratissimi ritus pulcherrimam credo fuisse ceremoniam; hæc unica & oculos & cor meum alliceret, ut præoptarem imaginem sancti Joannis Salvatorem suum Baptizantis ad Jordanem. An possibile sit, non omnes una mecum affici omnium præcipuâ tam pulchræ exhibitionis ideâ, nec omnes videre, nihil esse, unde plus solatii, plus emolumenti haurire possimus.

Mysterium
Jesu Christi
Baptizati est
compendium
omnium vir-
tutum Chri-
stianarum.

Dum solam hanc imaginem oculis meis observantem & animo meo penitus insculptam circumfero, sufficientem ipsa mihi affert & porrigit instructionem; ipsa mirifice me movet, efficaciter me urget, ad implendas omnes meas obligationes, eoque hic intuear omnium officiorum ac partium mearum, omnisque sanctitatis vitæ Christianæ compendium. Video hic innocentiam, video hic pœni-

tentiam, video hic observantiam omnium præceptorum legis DEI; & quod præcipuum est, invenio hic medium facillimum & semper præens, conservandi me, vel etiam me iterum indies stabilendi in innocentia Baptismali. Et ecce tibi, quâ ratione. Mysterium hoc exponit oculis meis imaginem trium personarum divinarum, Patris, Filii, & Spiritus Sancti, sancti Joannis Baptistæ, & denique aquarum Jordanis.

1. Si audiam vocem Patris apparentis in vertice cælorum ac dicentis: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*; Credam, ipsum me alloqui, eoque hoc potiar honore, ut filius ipsius sim per adoptionem gratiæ. Recordabor, nunquam non ipsum suos in me defixos gerere oculos, ut complacere sibi aspiciendo fidelitatem cordis mei, quâ foveam erga ipsum veros affectus filii erga patrem suum; fidelitatem manuum mearum, quâ exequar ad amissim omnes voluntates ejus, quamprimum hæ fuerint exploratæ; & fidelitatem oculorum meorum, quâ nil aspiciam & attendam in omni-

Quid sibi ve-
lit vox Patris
Hic est Filius
meus dilectus

omnibus operibus, nisi ipsum solum. Omnes meos intendam nervos, omnes meas impendam vires, ut mea ipsi pendam obsequia, & ita in omnibus & ubivis me habeam, ut verè in me possit complacere sibi. Nonne potentissimum & efficacissimum hoc est remedium semper me conservandi in innocentia?

Quid nobis innuat apparitio Spiritus Sancti super Christum,

2. Si aspiciam Spiritum Sanctum visibiliter descendentem super caput Filii DEI; recordabor ejus, quod dixit Angelus Sanctissimæ Virgini: *Spiritus Sanctus superveniet in te.* Veniet divinus hic spiritus abundanter in te, & tu concipies in temetipso verum Filium DEI. Eheu quoties perdidisti per peccata mea gloriosam hanc prærogativam Filii DEI, ut ipsius me constituerem inimicum? Et toties Spiritus Sanctus venit de novo super me, ut gratis suis moveret cor meum, me divinâ suâ adimpleret virtute, & iteratò concipere me faceret Filium DEI robor operationis suæ. Quoties ex anima mea scelerata fecit Matrem Filii DEI, cui Angelus Domini dicere posset, sicut sanctissimæ Virgini: *Spiritus Sanctus superveniet in te: idè, quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius DEI.* Spiritus Sanctus iteratò veniet, & de novo implebit te gratis suis, velut sacratum divinitatis germen: idè ex peccatore, quem

Luc. 1. v. 35.

agis, totus eris mutatus; nascetur in te sanctum, quod DEI nuncupabitur filius.

O Prodigium divinarum misericordiarum, quàm consolaris me, & dejectum meum erigis cor, sublevas animum, merebor fulmina, quibus scelestum meum contereris caput, & descendere misericorditer facis Spiritum Sanctum tuum super me, ut accendas in corde meo, quas extinxeram, divini amoris tui flammam. Veni, Sancte Spiritus, quàm sæpè experior descendere te in animam meam, ut renoves in me ingens illud miraculum, quod in sanctissima patrasti & operatus es Virgine, quando fecundasti ipsam, ut progigneret verum Filium DEI. Tibi iteratò da gloriam operis tam speciosi, sæpiusque progignere tibi placeat Filios DEI per gratias tuas: *Iterum Mater de Spiritu Sancto concipiat, iterum homo Filius DEI efficiatur.*

Hugo Cardia in cap. 4. Matth.

Et quando video descendisse Spiritum Sanctum in mysterioso hoc Baptismate sub formâ columbæ, intelligo mentem infinitæ ipsius bonitatis, maximamque meam addisco obligationem. Columba est symbolum mansuetudinis, simplicitatis, charitatis & fecunditatis: mansuetudinis, quia felle caret; nec armatur rostro aut unguibus, quibus offendat: simplici-

Spiritus Sanctus in formâ columbæ nos admonet nostræ obligationis.

Ddd

plici-

plicitatis, quia ex omnibus est avibus, quæ minori utatur dolo; charitatis, quia nescit vivere, nisi in consortio sui similibus, facile assuescit familiaritati hominum, vehementer amat suos foetus, illosque sollicitè nutrit, nec cohibere se potest, quin eorum quoque curam gerat; tandem fecunditatis, cum pennatæ familiæ nulla toties suas multiplicet foeturas. Et hoc insinuat perfectiones, quas animæ affert & confert Spiritus Sanctus, quando suis illam replet donis, & obligationem, quâ fructuosè illius gratias collocare tenetur anima. Oportet illam esse mansuetam ac humilem, simplicem & charitativam, tamque fecundam bonis operibus, horum ut nunquam inanis sit & vacua.

Quotidie venit Spiritus Sanctus super animas quando recipiunt gratiam.

Sed quod argumentum nobis affert consolationis maximæ, est, quod idem omnino, quod visibiliter accidit in Baptismate Salvatoris nostri, quando Spiritus Sanctus in forma columbæ descendit super ipsum, indies adhuc & absque intermissione accidat in animabus, quando recipiunt gratiam Dei: Divinus namque ipsius Spiritus requiescit super illas, & vox patris cœlestis loquitur ipsis interior, ineffabili ipsas replens consolatione ac dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè com-

placui. Et quoties voluit DEUS visibiliter etiam apparere Spiritum Sanctum sub specie columbæ super capita fidelium servorum suorum, cum primis Præsulum & Antistitum Ecclesiæ? Hæc ratione sanctus Eleucadius, discipulus & successor sancti Apollinaris designatus fuit Episcopus Ravennatum per Spiritum Sanctum, qui velut columba super ipsius caput se præbuit visendum; Sic sanctus Aderedus, qui ipsi successit; sic sanctus Marcellinus, qui ipsius occupavit locum; sic complures alii sanctissimi Pastores illustris huius gregis successivè electi sunt non per suffragia hominum, sed per eundem Spiritum Sanctum, qui visibiliter ipsorum insidibet capitibus coram universo populo sub specie columbæ. Et omnes ipsorum effigies manent hodie adhuc depictæ circum Ecclesiam Ravennatensem. Quis dubitat, quin hodie adhuc omnes ii, qui verè collocantur à manu DEI in aliquo munere pro suo servitio, eandem recipiant gratiam, quamvis modò invisibili.

3. Tandem, quando video Jesum Christum in aquis Jordanis sub manu Præcursoris sui ipsi Baptismum conferentis, recordor gratiæ Baptismatis mei, per quem adoptatus sum in Filium DEI; recordor thesauri inestimabili-

Plures Episcopi Ravennates electi sunt descensu visibili Spiritus Sancti in figura columbæ supra capita ipsorum.

mabilis divitiarum celestium, fidei, spei, charitatis, & omnium virtutum Christianarum, quæ in depositum datæ sunt mihi, velut medium & velut pignus felicitatis meæ æternæ, si iis benè fuero usus; recordor dissipationis, quâ infeliciter illarum incurri jacturam, & doleo, iteratò mihi non licere intrare in aquam, ut primo statui innocentiam restituar Baptismatis. Verùm percipio vocem sancti Laurentii Novarini, quæ me consolatur, & jacentem erigit animum.

Laurent. Novarin.

In homiliâ, quam scribit de pœnitentiâ, ubi considerans, quâ ratione catervatim accurrerint populi ad aquas Jordanis, ut abluerentur Baptismate sancti Joannis; & benè persuasus, nos sanctâ prosequi posse invidia ipsorum felicitatem, dum immergi & aspersi sunt aquis sanctificatis contactu reali corporis unigeniti Filii DEI, & effusis à manu tam sanctâ, qualis erat illa sancti Joannis, ad nos consolatoria hæc dirigit verba: *Noli tu jam quarere, neque Jordanem, neque Joannem, ipse tibi esto Baptista. Quali diceret: Nulla te tangat nec angat cura, ut Baptismum recipias e manu alterius: nonne ubivis Jordanem tuum tecum circumfers? nonne in medio tui ipsius possides aquarum fontem, quibus pro tuo uti possis Baptismate? vehementissimo dolore deplorare tibi licet*

Semper nos ipsos Baptizare possumus & obire munus sancti Joannis.

commissa à te scelera. Et quoties contriti cordis effuderis lachrymas, toties tuam ablueris & Baptizaveris animam.

Hæ aquæ multò felicius sanctificantur descensu Spiritûs Sancti, quàm illæ Jordanis, cum ipse semet sit, qui eas diffluere facit, illisque confert virtutem restituentis.

Aqua lachrymarum pœnitentiæ nobis est aqua Jordanis.

tuendi tibi primam Baptismatis tui innocentiam. Quis igitur, quin possideas hanc semper, te impedit? Quis obstat, ne indies tuum reiteres Baptisma? Indiges nemine, DEUS solus tibi sufficit; nec expectanda tibi alicujus opportunitas solemnitatis; omnia tempora huic sunt apta Baptismati; nec ipsius tibi unquam defuerit gratia. Nec opus est frequentare eo nomine Ecclesiam; omnia mundi loca præparata sunt tibi ceu Baptistaria; sed nec ullo subsidio indiges humano: Ipse tibi esto Baptista. An majori nobis quidquam esse possit solatio? an exultationem texere possimus, nisi vitam degamus semper in innocentia perfecta, quali quotidie ex unda Baptismatis egressi?

Si verum igitur est, concludebat hic non minus scientiâ quàm zelo insignis pastor, nunquam Sanctum Joannem Baptistam gloriosum magis in tota vita sua, nec æternâ hominum memoriâ magis dignum exantlâsse facinus, quàm Baptizasse Filium DEI ad Jordanem; sique præclari hujus

Ddd 2 faci-

facinoris simulacrum tantarum spectaculorum sit illecebrarum, ut unicum id sufficiat ad demonstrandum nobis vitæ vias, nosque exstimulandum, ut ipsius premamus vestigia: quanta nobis felicitas, si semper nobis versaretur ob oculos. Nonne ergo mea congruant rationi vota, quibus exoptem exhiberi imaginem sancti Joannis actu Baptistantis

Jesum Christum ad Jordanem?

Sic satis firmiter nec minus verisimiliter suam agebat & urgebat causam, ut suam in partem inclinaret bilancem; dum Advocatus, qui dicebat pro populo & antiquitate imaginis representantis sanctum Joannem in deserto & suo jejunio, sic cæpit fari, uti intelligetis.

ARGUMENTUM.

Jesus Christus mox à Baptismo suo secessit in desertum, suumque inchoavit jejunium.

ARTICULUS IV.

Est regula iuris: Accessorium sequitur Principale; adhæc philosophis adagium est: Media ad finem, non sunt ejusdem nobilitatis cum fine. Assentior tibi, ut prudenter fiat imago alicujus sancti, exhibendam illam esse in facto vitæ suæ magis insigni, magis illustri: assentior etiam omnibus, quæ dixisti de excellentia Baptistantis sancti Joannis, tum etiam Salvatoris nostri; horum nihil oppugno, meum potius illis calculum adjicio. Sed nonne vides, hæc omnia non esse nisi accessoria, & Baptismum non esse nisi dispositionem ad eundem in desertum ibique jejunandum, ad pugnandum ibi adversus totum infernum, & gloriosissimas reportandum victo-

rias, de maximis salutis nostræ adversariis? Ecce tibi finem, quem sibi præfigebat, ad quem functio Baptistæ non erat, nisi medium, & consequenter videtur, ipsam inferiorem esse nobilitate.

Nonne legimus in Evangelio, Jesus Christus post Baptismum desertum ab eodem Spiritu, quem in suo receperat Baptismo; quasi præcipuus effectus, quem producere intendit Spiritus Sanctus in iis, quos possidet, foret, separare illos à mundo, illosque deducere in solitudinem, ut loquatur ad corda eorum, vel ut majori cum securitate conservet sibi possessionem, quæ semper exposita est periculo pereundi quamdiu in medio laqueorum mundi commoratur.

Non

Non opus fuerat Jesu Christo hâc cautelâ, sed præbere voluit sanctissimis quibusque exemplum amandi solitudinem & fugiendi commercium mundi. Confugit ergo ipsemet mox à Baptismo in desertum, ut nos secum illuc deducat, nobisque ostendat, quænam sint vera vitæ solitariae exercitia. Sed quid facit ibi? Tria potissimum, jejunat, orat, pugnat.

Primum ipsius exercitium fuit jejunium, quod incepit septimo die Januarii, & produxit absque ullâ sumptione alimenti corporalis quadraginta diebus & quadraginta noctibus, usque ad decimum quintum diem Februarii, in eodem deserto, in quo sanctus Joannes Baptista omnes suos ab infantia exegerat dies in vitâ austerrimâ. Adrichomius in descriptione Terræ Sanctæ nuncupat desertum hoc Quarentana, dicitque situatum esse inter Jerusalem & Jericho, non procul a Jordane. In deserto hoc Quarentana conficere voluit Jesus Christus quadraginta diæ suum jejunium, sub cujus decursu omnium hominum cognitioni se subtraxit; sed jucundum erat spectaculum cunctis Angelis paradisi, & formidabilis daemones inferni antagonista: oppugnabat ipsos primâ fronte in criminibus & vitiis, quæ cohortes sunt & catervæ ipsorum infernales, quas educunt

ubivis gentium adversum nos, ad ciendum nobis bellum lethale, nostrasque mactandum animas. Ut ergo cuncta domaret vitia unico solo certamine diutius producto, jejunat quadraginta diebus & quadraginta noctibus continuis, absque eo quod quidquam manducaret. Quam validus hic ictus conterens omnia vitiorum monstra conatu unico, nosque docens eâdem vincere ratione!

Siquidem cum verum sit juxta scripturam, quod non sit iniquitas, quæ non prodeat ex adipe, id est, ex carne opipere nutritâ, mox à principio suffocanda & jugulanda illa est, extenuando per sacra jejunia carnem. Munitissima quæque civitas sine pugnâ se dedit & incruento tradit hosti, si hic noverit ipsi subtrahere annonam; & obsirmitissima quæque iniquitas, cum omnium vitiorum ipsam munientium præsidio, cunctis destituitur viribus, si cogatur diuturno jejunare tempore: decrefcit enim arrogantia & superbia, accrescit humilitas & mansuetudo; sensuum voluptatibus subtrahitur fomes; patienter toleratur cum inediâ fames; non amplius mens est congregare divitias, ut adsit, quod abligurat prodigalitas; natura prostrata se bonâ crederet sorte beari, si daretur duntaxat pane duro cibari; suæ si corpori rescinduntur deliciae, suas mox anima cap

Admiranda
potentia je-
junii contra
dæmones &
vitia.

Quale fuerit
desertum,
quod petiit
Christus post
suum Bapti-
smum.

pit cum Deo in oratione; illicò augetur spiritus, dum imminuitur corpus; & idem jejunium, quod carnis suadet negligere curam, haud difficulter inducit, nostram curemus ut animam, nostræque operosè invigilemus salutem. Apprehendamus efficax hoc medium, facili negotio cuncta superandi vitia per jejunium, aspiciendo & sequendo Salvatoris nostri exemplum.

Ultra septem dies nemo vivere potest naturaliter absque cibo.

Dan. 14.

Sed quare, inquis, usus non est jejunio, quo & nos potuissimus uti, ipsumque imitari? quadraginta dies & quadraginta noctes jejunare nemini servire potest pro exemplo. Siquidem jejunium tale aggredi quis audeat, cum juxta omnes Medicos homo, qui sanâ fruitur corporis habitudine, ultra septem dies non produceret vitam, nisi aliquo se reficeret alimento? Et hinc, quando Daniel sex dies jejunârat in lacu leonum absque ullo cibo, misit ipsi Deus prophetam Habacuc, ad afferendum illi die septimo escas, quibus se reficeret, ne deficeret, & moreretur fame.

Dico, quando homo est sanâ & robustâ præditus corporis habitudine, qualem natura plerumque confert hominibus: Novi enim inventos fuisse, qui tam modicum habebant caloris naturalis; tantam autem copiam humoris viscosi & crassi, qui ita illis nutriendis sufficeret, ut longo

tempore possent vivere, quis ullo indigerent alimento. Historicus quidam affert nobis exemplum alicujus puellæ Anglicanæ, quam asseverat viginti vitæ suæ exegisse annos, abs eo quod unquam vel biberit, vel manducaverit. Alius recenset conspectam fuisse aliam Spiræ, quæ civitas est Germaniæ, circa annum 1550. quæ integris quatuor annis jejunaverit, sine ullius sumptione alimoniam.

Robertus Baconius.

Simon Portius lib. de puella Germana.

Ex tamen hæc non erat, nisi dispositio, vel potius indispositio naturalis, quæ proficiscebatur è corporis habitudine tam debili, ut cum non haberet, nisi scintillam, si ita liceat loqui, caloris naturalis, & magnam humoris unctuosi & phlegmatici abundantiam, quæ debilitate more alicujus lampadis subterraneæ, conservabatur: illis etiam opus non fuerit comedere, sicut aliis ad vivendum, si tamen vita dicenda est, quæ non erat nisi infirmitatis languor, qui exspirabat perpetuò, quin tamen unquam exspiraret.

Sed regula ex hoc statuenda non est, quòd omninò alienum existit à regula communi: hoc solum servit ad insinuandum nobis, quod ejusmodi sint, quorum dispositio naturalis indigeat tam tenui alimento, si suam velint conservare vitam & tueri sanitatem, ut, quod foret aliis maxi-

ma

ma austeritas, quâ plurimum affigerentur, sit pro his lautissima refectio, quâ ab omni eruantur afflictione. Sanctus Paulus desuper hanc statuebat regulam, non minoris prudentiæ, quàm sanctitatis: *Is qui manducat, non manducantem non spernat, & qui non manducat, manducantem non judicet.*

Rom. 14.

Jam dici non potest, jejunium Jesu Christi fuisse effectum naturalem malæ dispositionis naturalis: siquidem is fuit temperie corporis perfectissimâ & vigorosissimâ sanitate; sed multò minus optimæ hujus dispositionis naturalis effectum: siquidem vires naturæ tamdiu conservari non possent absque nutrimento. Oportuit ergo fuisse jejunium prorsus miraculosum ac divinam omnipotentiam ipsius conservasse vitam independentem ab omni naturæ lege, sicut conservat illam Eliæ & Enoch post tot elapsa jam sæcula. Sed dices, quid prodest nobis aspiceret hoc miraculum, cum inimicabile sit nobis, nec à nobis deduci possit in effectum? Servit præcipuè ad manifestandum omnibus hominibus, Jesum Christum esse verum Filium DEI, non quod hæc sola probatio sit demonstrativa: quot enim fuerunt alii in jejniis suis ad miraculum austeri, qui tamen non erant Filius DEI? Sed testimonium hoc conjunctum alteri,

Jejunium Jesu Christi quadragintadiale fuit miraculosum,

nempe voci Patris cœlestis, quæ audita fuit penes Jordanem, sunt velut duo testimonia facientia unam probationem; & hæc probatio tanti fuerit roboris & efficacitæ, ut diabolus ipse, qui maximâ pollet ingenii acrimoniâ, quique penitiori indagine rimatur abstrusissima quæque, ratione quâdam sibi persuaserit, ipsum esse verè Messiam & Filium DEI; ex hoc enim eò processit temeritatis & audaciæ, ut ad melius de hoc se assecurandum, tentatum accesserit ipsum in deserto.

Quæris: quid modò serviat nobis exemplum hoc jejunii quadragintadiale in Salvatore & Domino nostro? servit nobis, ad excitandum nos, non, ut moliamur id, quod fecit ipse, sed ut paulò quid amplius aggredi contendamus, quàm crederemus nostras posse tolerare vires; cum ad oculum pateat nobis, manum DEI tam potenti subsidio succurrere illis, portare qui voluerint pondus jejunii; quodque, cum primitus patriverit hoc miraculum in eo, quem voluit esse nostrum exemplar, argumentum haud leve habemus certitudinis, ipsum semper expeditum fore, ad succurrendum iis, qui sequi voluerint ipsum vel cominus vel eminus.

Quem fructum haurire possimus è jejunio Jesu Christi.

Et quanta nos monent illorum exempla, qui experti sunt potens hoc DEI subsidium in jejniis suis

Nazianz. ad
Hellinum.

Augustin. ad
Cosul. Ep. 86.

Plures jejuna-
runt supra vi-
res suas natu-
rales.

Theodoretus
in philotheo
c. 26.

Jejunium
prodigiosum
S. Simeonis
Stylitæ.

fuis ad miraculum productis? Vide apud S. Gregorium de Nazianzo & contemplare tot solitarios & Eremitas inquilinos, qui exigebant aliquando viginti dies absque cibo. Et post ipsum sanctus Augustinus affirmat, se plures sui temporis cognovisse, qui inviolabiliter hanc in jejuniis suis servabant regulam, quæ obstringebant seipsum, ut non nisi semel cibum sumerent in hebdomada; alios, qui suum profecuti fuerant jejunium usque ad diem decimum, & adhuc alios, qui ad vigesimum; insuper etiam personas fide dignas asseverasse, conspectos esse, qui exacte & ad amissim imitati fuerint jejunium quadragintadiale Domini nostri in deserto. Quis dubitat, quin fuerint tot prodigia, quæ patrare in ipsis placuerit Deo in favorem jejunii, ad manifestè demonstrandum nobis, quam in acceptis habeat illud?

Sed prodigio majus est, id quod refert Theodoretus de magno sancto, Simeone Stylita, qui exegerit quadraginta novem annos supra columnam suam, alii asserunt, octoginta, vitam ducens adeò austeram, ut horrore concusserit aspicientes. Hic spatio viginti octo annorum jejunabat ordinariè totam quadragesimam integram ad exemplum Salvatoris nostri, omnes quadraginta dies emensus sine ulla mensa, ci-

bo, alimoniam. Et exemplo ipsius, quamvis inimitabili, accendebatur tantus in cunctis aliis sui temporis Anachoretis Zelus, ut pauci fuerint conspecti, qui consuetà jejunii lege viverent contenti, quæ unicam de die concedebat refectioem; sed alii protrahabant illud usque ad diem tertium, alii usque ad sextum, & alii ulterius adhuc, juxta quod experiebantur suas à Deo, subsidio inusitato conservari vires, sapius ad prodigium usque auctas & firmatas.

Non de solo pane vivit homo (responsum est, quo Jesus Christus pudefecit diabolum, quando tentavit ipsum de lapidibus in panem convertendis in deserto) si Deus veller, lapides, ferrum, cuncta metalla, terras, serpentes nobis servire pro alimento, viveremus his æquè lautè ac aliis dapibus nobis assuetis: imò potest, si velit, conservare vitam nostram, quin indigeamus ullo alimento corporali. Unde vivebant Elias & Moyses toto suo quadragintadiali jejunio, nisi ex familiari cum Deo colloquio? Unde vivebat Catharina de Se-
palladius in
nis, suum profecuta jejunium
Lautiacâ
fine ullo cibo corporali à die ci-
c. 61.
nerum usque ad solemnitatem
Ascensionis, nisi ex usu quotidia-
no sacratissimæ synaxis? unde
vivebat sanctus Abbas Joannes
trium spatio annorum, quos
transcgit

Jejunium
Magdalene.

transiit in jejunio perpetuo, quod nec unica interrupt unquam refectione, nisi solius receptione Eucharistiae, qua singulis solum Dominicis epulabatur splendide; unde vivebat Magdalena per triginta propemodum annos, quos agebat in specu sua, in terra Salviorum, abscondita in visceribus horribilis cujusdam rupis, velut columba solitaria in foraminibus petrae, sed rupis adeo sublata a terra, ut nullum habere potuerit commercium cum ullo mortalium, quorum fortassis etiam nec unico, ubi lateret in terris, patebat: unde vivebat ipsa, nisi e suavi harmoniae caelestis concentu, cum pro more inolito septies de die venirent Angeli recreatum illam jucundissimam vocum suarum melodiam, & decantatum ac modulatum cum ipsa laudes DEI, sicut septies de die Ecclesia divina decantat officia. Hoc est, quod Petrarca suis versibus ita exprimit: *Septemque die subvecta per horras, Angelicos audire Choros &c.*

Petrarcha.

Admiramur
tantum, non
volumus imi-
tari sanctos.

Eheu! Nos sumus modo tam corporei, tamque immergi materiae, ut aspiciamus haec exempla velut res quasi incredibiles; vel si absolute illis fidem abnuere non audemus, utpote nimiam testimoniorum auctoritate firmatis, contenti sumus admirari il-

las, & cogitamus illas tantum nos transcendere, nobisque superiores esse, quantum recedunt a temporibus, quae tenemus; ita ut ne quidem per somnium occurrat nobis, de admoventi manu in re minima ad imitandum illas. Adhaec videtur, non deesse nobis animum illarum prorsus abolendi memoriam, ad removendum per hoc a nobis probrum, quod inuritur nobis, dum illas prorsus a nostris exclusimus exercitiis. Eheu! Non nisi tenuis nobis restat memoria solitudinis & jejunii Salvatoris nostri in antiqua hac imagine sancti Joannis Baptistae representante ipsum in deserto suo: an hanc ipsam quoque vultis auferre nobis? an dicatur, nos amplius nil conspecturos ante oculos nostros, quo illius suscitetur memoria, nosque nihil amplius admissuros cogitationis de ipsa? Ecce quamobrem, cum assentiri non valeam huic, quam proponis, mutationi, stem & concludam pro conservatione antiquae nostrae imaginis S. Joannis Baptistae, quae saltem conservat nobis memoriam antiquae nostrae obligationis; Et si unica haec ratio non sufficeret, confirmo illam per aliam, uti percipies.

Ecc

ARGU-

ARGUMENTUM.

Jesus Christus continuum suum jejunium nutrit oratione continuâ in deserto.

ARTICULUS. V.

Corpus & anima non accumbunt eisdem mensæ.

CORPUS & anima, quamvis arctâ neſtantur amicitia, non tamen eidem accumbunt mensæ, eòquòd diverſos habeant appetitus, & quòd conducibile est uni, alteri fit nocivum. Quando corpus lautè accipitur, jejunandum est animæ, quæ deficiente sibi alimento languet, infirmatur, & evadit quasi bestia; alſt quando anima epulatur, jejunium indicitur corpori, quòd cum sit ſacrum, hoc macrum efficit, & viribus exiit. Jejunium & oratio adornant convivium animæ; ſed hîc corpus torquetur fame; lautæ dapes & oblivio DEI epulas ſtruunt corpori, ſed anima hîc tenuiter victitat, & fame vix non emoritur.

Judæi lavabant ſe, antequam comederent.

Mirum non est ſi Chriſtus Jeſus recipere voluit Baptiſmum, antequam accederet in deſertum, ad accingendum ſe jejunio & orationi: obſervabat antiquam hanc Judæorum conſuetudinem lavandi ſe, antequam accumberent mensæ, non ſolum manus & faciem, ſed integrum quandoque corpus. Quando quidem accumbere parabat lautiffimo cum Deo & Angelis convivio, exigebat æquitas, ut lavaret ſe prius, & memorando hoc

doceret exemplo, quâ curâ lavandæ nobis noſtræ ſint animæ ab omnibus peccatorum nævis, noſtræque à minima imperfectione emundandæ & emendandæ intentiones, dum jejunare & orare utiliter volumus.

Aqua Baptiſmi, jejunium & oratio ſunt tria, quæ testiſmonium perhibent gloriæ & ſanctitati Jeſu Chriſti in deſerto; & tria hæc testiſmonia non ſunt niſi unum, eòquòd tam ſint unita, tamque neceſſaria ſibi invicem, ut abſolutè deſtruantur, ſi ſepararentur. Aqua Baptiſmi ſancti Joannis ſignificat pœnitentiam, dicente Evangelio: prædicans Baptiſmum pœnitentiæ. Jam quid eſſet jejunium & oratio, ſi utrumque animatum non eſſet ſpiritu pœnitentiæ, quæ conſiſtit in amore DEI & odio peccati ex imo corde? Quid eſſet aliâ ex parte pœnitentia, quæ careret & jejunii & orationis exercitio? Sunt ergò ſibi invicem neceſſaria, & pœnitentia neceſſaria eſt jejunio, & orationi, ut animet illa ſpiritu ſibi congruo; & etiam jejunium & oratio neceſſaria ſunt pœnitentiæ, ut ſuò ipſam imbuant exercitiò: Cum enim tota compoſita ſit ex amore

Baptiſmus, jejunium & oratio bene inter ſe conſeſtunt.

amore & odio exercet ipsa suum odium erga peccatum jejunio, & exercet etiam suum amorem in DEum oratione, quâ attollitur & elevatur ad ipsum.

Ex alia parte jejunium & oratio non minus sibi invicem necessaria sunt. Siquidem oratio nutrit jejunium, & facile persuadet corpori, ut à suo se contineat alimento, dum anima suaviore degustat dapes in oratione. Non dicitur, quod Salvator noster vexatus fuerit fame, quadragesimalis sui jejunii curriculo, eòquod incessanter accubuerit spirituali orationis suæ convivio; sed Evangelium expressè observat, quod postea modo expertus fuerit famem: *Et postea esuriit.* Et hoc luculenter declarat, orationem solidum esse cibum, qui vivificat jejunium, suasque conservet vires ac robur. Vide an ergò hæc illi non sit omninò necessaria.

Sed jejunium ex sua parte non minus necessarium est orationi, ad conservandum ipsius vitam & vigorem: siquidem cum verum sit, quod oratio sit commercium animæ cum Deo, quod fit spiritualiter, quâ ratione habeat anima divini hujus facultatem commercii, si non tota sit spiritalis, & soluta à servitute sui corporis? Et quomodò soluta erit ab illa, nisi adjuvetur à jejunio, ipsi edomando, & impedi-

do, ne trahat ad se omnes curas animæ, quæ non sufficerent cum omni suâ contentione, ut omnes ipsius contentent appetitus, si aures accommoderentur ipsis? quid est quod refrœnet ipsum, & importunas ipsius contineat sollicitationes, quæ vellent nonnisi de se cogitare animam, nisi jejunium? quid est, quod præservet animam, ne offuscetur à vaporibus & tota offundatur à fumis escarum, quibus inducitur in stuporem & hebes redditur, nisi jejunium, quod illorum corpori subtrahit materiam? Quid est, quod custodiat intellectum in libertate semper integrâ & nunquam non expedita navandi operam contemplationi, nisi jejunium, quod dum omnia aufert corpori, omnia confert animæ? siquidem universalis est regula, quod quanto minores anima impendit vires ad serviendum corpori, tanto majores & plures retineat pro se, quas consecrat ac devoteat exercitiis spiritûs, studiis & contemplationi. Et dices, jejunium & orationem sibi invicem necessaria non esse, separari ab invicem posse, quin pereat utrumque.

Ecce igitur exercitia prorsus divina, quibus intendit animum Jesus Christus in deserto, orat, jejunat, agit pœnitentiam, non quod his indiguerit pro seipso; sed fecit hæc omnia: 1. Ut ser-

Ecc 2

viret

Oratio nutrit jejunium.

Math. 4. v. 2.

Jejunium conservat orationem.

viret nobis velut exemplar, nosque doceret, qualis esse debeat tota veri Christiani vita, suum agere volentis discipulum & imitorem: Et est, quod separare se debeat, quantum potuerit, à mundo? quod intermittat nunquam penitentiae suae interioris exercitia, quae consistunt in amore Dei & odio peccati: quod jejundet & oret semper, sicut evidenter nos monet in Evangelio: *Oportet semper orare & nunquam desicere.* 2. Fecit haec omnia, ut acquireret nobis in exhaustum meritorum thesaurum: Siquidem certum est, nec unicum penitentiae ipsius esse momentum, quod non mereatur plurimum ad obtinendum regnum caelorum cunctis animabus hominum. Jam omnia haec non erant pro ipso, cum nullis indiguerit meritis; immensus igitur hic thesaurus est pro nobis, e quo quantum volumus, haurire possumus ad nos locupletandos; sed nec egregio caremus medio, quo haurire abundanter ex illo possumus; & est, si cum ipsi navemus operam exercitiis penitentiae, jejunii & orationis, uniendo nostra suis, & perficiendo illa, quantum poterimus, in eodem & cum eodem ipsius spiritu.

Docet nos nobis ipsis addere robur contra daemones per jejunium.

Sed videtur, ipsum praecipue voluisse haec facere, ut disponderet se ad pugnam contra daemones, vel potius, ut doceret nos, quomodo nos disporre ad illam

debeamus (siquidem hanc dispositione non indigebat pro seipso) sed ipsa necessaria nobis est, ad reddendum nos idoneos, ut superemus illos. Exhibitus est Apostolis aliquis à daemone obsessus; sed ejicere daemone ex eo non poterant; indagant hujus rationem à divino Magistro, qui respondit ipsis, certum genus esse daemone malignorum & pertinacium, quibus prosternendis aliud non sit medium, nisi oratio & jejunium; quo insinuare voluit, non esse tam effrenes, tamque protervos, qui hanc ratione edomari non possint.

Si perrexissent ex ipso inquirere: sed unde venit, Domine, haec omnia pollere tantâ potestate in daemones, qui torquentur in inferno? Nonne videtis, dixisset illis, arrogantiam domari humilitate? Jejunium excellens est humilitatis opus: *Humiliabam in jejunio animam meam*: in hoc calu caro humiliata vincit spiritum superbum; & est, quod malignorum spirituum conterit superbiam. Nonne vides orationem ex parte suâ esse sacrificium laudis, ubi anima supremos exhibet honores Majestati DEI per sancta virtutis Religionis opera, quando ipsum adorat, quando ipsum amat, quando se humiliat, quando coram ipso se annihilat? Diabolus, qui videt praestare hanc animam cum magnâ suâ felicitate,

Luc. 12. v. 1.

Math. 17. v. 20.

Quare jejunium cum oratione tantopotentis sit contra daemones.

Psal. 34 v. 13.

tate, quod præstare ipse renuit cum infelicitate sua maximâ & damnatione æternâ, desperat & aufugit. Unde est, quod timeat potestatem cujuscunque, qui armatus est jejunio & oratione. Et

nihilominus eò processit temeritatis, ut invadere fuerit ausus Jesum Christum in deserto post jejunium & orationem ipsius quadragintadialem. Sed vide, quid contigerit.

ARGUMENTUM.

Jesus Christus pugnat & vincit diabolum in tribus aggressibus & oppugnationibus ipsi factis in deserto.

ARTICULUS VI.

Optarem videre maximam & solemnissimam celebrari Festivitatem in universa Ecclesia, cum omni Majestate ac pompâ quæ magno congrua est triumpho, die decimâ sextâ Februarii, cum dies hæc sit consecrata pugnis & victoriis, à Jesu Christo adversus diabolum & totum infernum reportatis. Siquidem cum suum incepisset jejunium quadragintadiale septimâ die Januarii, illudque complevisset decimâ quintâ Februarii die, Evangelium nobis dicit, quod die sequenti oppugnatum accesserit ipsum tentator: *Cum jejunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esuriit, & accedens tentator. Est sententia verisimilior, hunc fuisse Luciferum, diabolorum præcipuum ac potentissimum, devictum in cælo ab Angelis, sed victoriis de hominibus in terra reportatis insolentem, qui suis inflatus spoliis, solum sibi erigens, seu tyrannus cunctis dominaba-*

tur mortalibus universis. Hinc est, quod Sacra Scriptura ipsum nuncupet mundi principem: *Princeps hujus mundi.*

Joan. 14.
v. 30.

Siquidem post funestam victoriam de proto parente nostro reportatam, omnes alii sorte tam infelici, ipsius consignati sunt potestati, ut nec unicus ingrediatur mundum, qui non nascatur ipsius mancipium; & exceptis paucissimis, qui è singularissimo cæli domino prius nati sunt gratiæ, quàm naturæ, reliqui omnes jure infelicitatis suæ pertinent ad ipsum, eâ ferè ratione, quâ filii alicujus patris servi spectant ad Dominum, cujus ipse est servus. Obtinuit ergo per hoc quali absolutum in totam humanam naturam imperium, se faciens adorari ubivis, sua habens templa, altaria, sacrificia, divinos omni ex parte, omni in loco accipiens honores.

Dæmones triumphabant quasi de cunctis hominibus ante adventum Jesu Christi.

Noverat benè, venturum è cælo Salvatorem hominum, omnem

Ecc 3

nipoten-

Dies pugnae & victoriae Jesu Christi contra dæmones.

Matth. 4.
v. 2.

nipotentem liberatorem, à quo è suo expellendus sit imperio: Erat enim veteris testamenti vox & fama ubivis manifesta, hanc esse promissionem Dei tam evidentem, toties reiteratam, tantisque confirmatam miraculis, ut dubitare de ea non liceret. Verum non magis, quàm Judæi, noverat, nec quis hic debeat esse, nec ad amissim tempus, nec modum adventus ipsius. Juxta speciem venire debebat cum potestate summâ, utpote venturus velut Princeps mundi; sed videbat, Prophetas depingentes illum attribuere ipsi tam excellentias, quàm abjectiones, tam divitias quàm paupertatem, tam gloriam, quàm ignominiam, quod ipsius excedebat captum.

Dæmones inserti erant, an Jesus Christus verus esset Messias, videndo rationes pro & contra.

Insuper constabat ipsi, Angelum Gabrielem, salutasse sanctissimam Virginem gratiâ plenam, ipsique DEI dixisse nomine, quod Filius, quem paritura erat, vocandus esset Filius DEI: complectitur speciale quid hæc nativitas, & fortasse promissus is est Messias; sed natus est ex uxore Joseph, habet Patrem & Matrem sicut alii infantes omnes; nihil occurrit hic speciale. Videbat, quod mox ipso nato veniant ab oriente Reges, directi & deducti à sidere cæli ad adorandum ipsum in suis cunabulis; quodque solus adventus ipsius in mundum rumor terrore concutiat Herodem, & tur-

batione repleat totam civitatem Jerosolymam: fortassis est ipse. Sed natus est in vili stabulo, cogitur suam salvare vitam fugiendo, seque abscondendo: profecto ipse non est. Videbat, quod accurrentibus innumeris catervatim populis ad Jordanem, ut Baptismum reciperent à Joanne Baptista, cum is inter alios præsens esset, sese aperuerint cæli, & insonuerit in altis vox ab omnibus audita: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*; quodque insuper descenderit columba de cælo super caput ipsius, ad designandum illum: forsitan ergo ipse est Messias. Sed Baptizatus est velut reliqui homines, quos omnes novi esse peccatores: infallibiliter ergo ipse non est. Tandem videt ipsum solum in deserto, ubi apparebat velut Angelus, perpetuò affixus contemplationi excellentiarum DEI, ubi videbatur nullis subjectus naturæ humanæ necessitatibus, cum absque cibo exegerit quadraginta dies, & quadraginta noctes; verisimile igitur est, ipsum promissum esse Messiam; cum id genus jejunii naturæ excedat vires: sed aliâ ex parte nil videt, qua discernatur à reliquis hominum; à suo jejunio patitur famem, cujusvis hominis in morem: procul dubio ergo non est.

Videbat in eo nimium, ad negandum absolutè: ipsum esse *Gregor. mor. Filium 14. c. 7.*

Filium DEI; non videbat in eo fati, quo certificare se posset, ipsum hunc esse. Quid agat in hac incertitudine? id proprio meo addiscam experimento; statuit secum tentare ipsum; id est, explorare ipsum, juxta mentem S. Gregorii Doctoris Moralis. Exhibet ipsi occasionem patrandi alicujus miraculi, quod videbatur oppido necessarium occurrente hac opportunitate, convertendi nimirum verbo suo lapides in panem, ut ipsemet hac ratione magnæ suæ prospiceret necessitati. Si patrat hoc miraculum, sufficit: videbo ex hoc, ipsum Verbum esse omnipotens, quod verbo suo fecit omnia: si patrandi huic non fuerit par miraculo, cognoscam ex hoc, id ipsum non esse. Sed benè demonstras, te Angelum esse tenebrarum, & nonnisi offussum & offuscatum ignorantia: An putas, DEum patrare velle miraculum persuasum à diabolo? An ignoras, inhibendum esse hominibus, ne quid habeant commercii cum dæmone, nec ipsius adimpleant voluntates, malumque fore maximum, etiam ipsum perficere bonum ad illius impulsum, ipsiusque annutum præbere nutui. Vade, non obtinebis, quod exposcis, miraculum; quamvis enim hoc non sit opus indignum Majestate DEI, indignus tamen tu es, ut faciat id, ad faciendum tibi satis.

Vel etiam tentat, id est, solici-

tat illum, juxta eundem Gregorium, & nititur præcipitare illum in peccatum gulæ. Optimè enim observavit hic Doctor, tres tentationes in deserto similes fuisse illis, quibus idem tentator invasit primum hominem in paradiso terrestri, quodque una fuerit gulæ, altera superbiæ, tertia avaritiæ. Prima tentatio, quâ diabolus aggressus est primum Adam, fuit de manducando fructu vitæ; & prima, quam proposuit secundæ Adæ, fuit de vertendis lapidibus in panem, ut ex eo manducaret & suum frangeret jejunium. O quàm falleris, quàm hallucinaris? Nescio, cur dicatur tantæ calliditatis esse dæmonem, cum vix quid stupidius sit in mundo? si adhuc præsentasset ipsi lautas aliquas dapes, transeat; sed lapides mutandos in panem? quis unquam maximâ pressus fame expetiit lapides?

Nihilominus is probè novit, quod, quando semel spiritus gulæ occupavit animam, illamque eousque redegit, ut in album referatur eorum, de quibus dicitur, quorum Deus venter est, ipsius aviditas tam fiat insatiabilis, ut impellat illam ad comedendum quidvis. Gulosus hic comedit lapides, comedit terram, comedit lingua, comedit supellectilem, comedit domos, comederet corpus suum & animam suam, si vendere illa & commutare in panem posset, & exinde suæ satisfaceret.

S. Gregorius
Hom. 16. in
Evang.

Mysterium
trium tenta-
tionum dæ-
monis.

Diabolus in-
venit in mun-
do gulosos,
qui comedant
lapides & ter-
ram.

facere regulæ. Sed decipitur, si credit brutalem hunc spiritum, cor & animum Christi occupatum; divinum hoc Sanctuarium est, quod obfirmatum semper manet omnibus suggestionibus dæmonum, quæ ultra corporis non trantibunt aures. Hinc est, quod JESUS Christus ipsum repudiet divino hoc effato, quo illicò cunctis exiit armis: *Non in solo pane vivit homo*; quo innuere voluit & dicere; corporalis esca non solum est illa, quæ meam conservat vitam: Id quod postea confirmavit Apostolis, quando invenerunt ipsum dantem operam conversioni Samaritanæ, dum flagrantibus, ut comederet e cibis e civitate à se allatis respondit: *Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus, qui misit me.*

Matth. 4.

Joan. 4.

Quid sit pinnaculum templi.

Quid faciet igitur tentator primò hoc delusus & elusus certamine? Videt fuisse illud nimis quam materiale, ideoque intentat ipsi secundum magis spirituale. Transportat repente ipsum e deserto suo Jerosolymam, ipsumque statuit supra pinnaculum templi, id est, supra aream, quæ constituebat quasi tectum amplissimæ hujus domus DEI. Verba Evangelii insinuare nobis videntur, quod transportaverit ipsum per aërem, sicut plerique etiam tenent sancti Patres. Et sanè cogitatu hor-

rendum est, aspicere Filium DEI transportari per aërem à diabolo. Sed, ut dicit S. Augustinus, mirum adeò non videbitur, si pensetur, quod permiserit à membris ejus, id est, à peccatoribus se crucifigi.

Cum igitur statuisset ipsum supra sublimem hunc locum, unde facillè patebat oculis totius populi, nititur persuadere ipsi, ut mitteret se deorsum in conspectu omnium, quatenus succollantibus ipsum Angelis & portantibus in manibus suis descendere videatur velut in triumpho, inventus supra currum e legionibus Beatorum horum spirituum compositum, ex quo univèrsus mundus evidenter cognosceret, ipsum esse verè Filium DEI. Quando enim descendisti de cælo in terram, factum est id tam occultè, ut nemo viderit quidquam, nec cognoverit te esse Filium DEI. Sed quando descendere conspectus fueris cum Majestate ac pompâ, rumor hujus prodigii diffundetur ubique, tuusque exin cumulabitur honor, nullâ unquam oblivione tumulandus.

Quid intendebat per hoc? Quid preterderit dæmon per secundam hanc tentationem, Verisimiliter instillare illi volebat aliquem de virtute ac potestate suâ præsumptionis sensum, an esset Filius DEI, vel sanctus duntaxat aliquis homo.

Si

Si scivisset ipsum esse DEum, non ausus fuisset tentare ipsum. Sed noverat, sanctissimos quosque homines vanitatis alicujus esse capaces. Et hęc ratione decepit posthęc famosum illum Hieronem de quo loquitur Cassianus in suis Collationibus. Hic dum vitam tam austeram duceret, ut non nisi victitaret pane & aqua, diabolus persuasit ipsi, ut crederet se esse tam sanctum, Deoque tam charum, ut quando rueret ex aliquo præcipitio, Angeli ipsum suscepturi essent in suis manibus, & impedituri, ne laberetur. Credit id firmiter, & hujus ipse capere voluit experimentum; accessit puteum, projecit se in ipsum, & miserè periit. Magna æstimatio sui nunquam non habet comitem vilipensionem coram Deo; sed quando eousque excrescit, ut petere audeat absque necessitate miraculum, hoc est, tentare DEum & peccatum enormissimum. Hoc erat tentare DEum, quod descendere ipsum vellet è pinnaculo templi in terram ministerio Angelorum, cum descendere posset viâ usitatâ: Et idèò Jesus Christus repressit & confusioni exposuit tentatorem, respondendo ipsi: *Scriptum est: Non tentabis Dominum DEum tuum.*

Matth. 4.
v. 7.

Demon vult adorari à Jesu Christo.

Nonne debuisset posthęc excidere spe lucrando quidquam

cum ipso? Et nihilominus ipsum tertio provocare ausus, vehementiori adhuc & periculoseri, aggreditur assultu. Quod fuit, dum transportavit illum denuò è pinnaculo templi supra verticem montis cujusdam excelsi non procul distantis à deserto Quarantana; ipsique exin demonstrans manu omnia regna mundi, depingens ipsi etiam in aère imaginem magnificentiæ, splendoris ac gloriæ eorum, tantâ colorum vivacitate, ut illa habendi potuisset ipsum succedere desiderio, dixit ipsi: *Mea sunt hęc omnia, cui voluero, do illa, mox ea tibi dare sum promptus, modò unicâ me genuflexione, adoratione duntaxat unicâ volueris prosequi, ac divinos mihi exhibere honores: Hac omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me.* Hoc maximum Luciferi tum insolentis arrogantiæ, tum arrogantis insolentiæ fuit fastigium; aliud in cœlo prætere non est ausus, nisi ut similis esset Altissimo; & hic prætere audeat, ut ipsius DEI sit DEus, & Altissimus se coram ipso humiliet. O furorem excessûs maximi, quo ascendere poterat arrogantia diabolorum præcipui! Hinc est, quod suæ nimium immemor conditionis, denuò percussus fuerit verbo consimili, quali percussit ipsum bonorum caput Angelorum, velut ictu fulminis, à

FFF

cœlo-

cœlorum vertice detrudens ipsum in inferni barathrum. Sanctus Michael dixit illi solummodo: *Quis ut DEus? Quis es tu, creatura vilissima, ut æquiparare te audeas creatori tuo.* Et hic JESUS Christus ipsi dixit: *Vade Sathana. Scriptum est: Dominum DEum tuum adorabis, & illi soli servies.* Vade, maledictum inferorum spoliū; quis es, ut ambias adorari, velut infinita Majestas DEI?

Proprium commodum fortius est omnibus tentationibus diaboli, cum vincat quasi omnes.

Verumtamen vide, quàm efficax proposuerit motivum, ut se faceret adorari: ostendit ingentem copiam bonorum præsentium, quæ non stetissent adeo magni ut haberentur, & dicebat; *Tibi dabo.* O periculosissimum diabolorum omnium infernalium, qui adorari se facit ubique, prosternit omnia, vincit & flectit universum mundum! *Tibi dabo.* O tentatorem Omnipotentem, cui quasi nemo est, qui resistat; ubivis, ubi tonat voce suâ, tenet & obtinet, quod desiderat. Corruptenda est justitia? sæpe omnes persuasiones humanæ, omnes potestates inferni id non conficerent, non assequerentur: sed quando accedit, quando consequitur *Tibi dabo*, mox omnia sunt confecta obtenta mox omnia. Deducenda & in scelus inducenda est eorum, qui moderantur civitates, vel illorum, qui ab arcanis sunt

principum, fidelitas? in cassum centies millenas allegabis ipsi rationes: Sed collega si adrepat *Tibi dabo*, rapitur mox animus, & spondetur exoptatus rei eventus. Opus est aliquo, qui redigat in opus nefandum quoddam consilium, vindictam proditionem, assassinatum? vix reperias, quibus perire sit animus, ut tam crudeli subscribant & assentiantur machinationi: Verum huic *Tibi dabo* si dederis justæ, pollicetur, mox iri repertum, qui omnia, quæ volueris, perdat & mactet. Obtinenda est clavis, ut intretur in aliquod beneficium viâ Simonix, sicut lupus in stabulum, in caulam ovium, ad devorandum gregem Domini? *Tibi dabo* in taberna sua benè noverit fabricari illam. Decipienda & illicienda est innocentia pauperis cujusdam filix, ut pretiosissimum, quem possidet in mundo thesaurum, exponat jacturæ? *Tibi dabo* lenocinator est plus habens fraudulentix, quàm Tullius vel Demosthenes eloquentix.

Causidicus noster, qui defendendæ suæ imaginis videbatur oblitus cum omnia diceret & differeret alia, suum anhelabat prosequi discursum de comparatis à *Tibi dabo* victoriis, cujus fortassis ipsemet expertus fuerat potentiam; sed interpellavimus eum dicendo: *Fac finem Domine,*

ac,

ne, proventum jam tempus est. Pauculis igitur conclusit & dixit verbis, quod cum ostenderit pulchritudinem jejunii, orationis & pugnarum Jesu Christi ac victoriarum in deserto suo, præterderit ostendere nobis magnum in nos dimanans emolumentum, si illarum studeamus pretiosam conservare memoriam; quodque ad hanc fovendam præsentissimum sit remedium, antiquam suam sancti Joannis Ba-

ptistæ conservare imaginem quæ dum representat & exhibet ipsum in deserto, oblivisci non permittit desertum Domini & Salvatoris nostri. Et desuper rogavit nos ut nostram pronuntia-remus sententiam, quæ si juxta æquitatis normam, judicare velimus, debeat esse, inquiebat, in favorem suum; non minus id ipsum prætendebat alter. Ecce ergo tibi, quid concluderimus.

ARGUMENTUM.

Quod Baptismus & Jejunium Jesu Christi, non debeant separari in memoria Christiani.

ARTICULUS VII.

Solicite conservanda est memoria Baptismi Jesu Christi.

Vidimus ambas partes tam bono esse animo, ut causam suam obtinere mererentur ambæ. Illæ, qui dicebat pro Baptismo Jesu Christi, ipsius intendebat exaltare gloriam, imprimendo firmiter populorum animis memoriam magnæ hujus functionis, in quâ fuit agnitus & declaratus proprius Filius DEI per vocem Patris sui æterni; ubi testimonium accepit ab ipso Spiritu Sancto, visibiliter sub specie columbæ ipsius capiti insidente; ubi exemplum nobis exhibuit tantæ humilitatis, cum velut creator se submisserit creaturæ; ubi denique reliquit nobis remedium tam facile, restituendi no-

metipsum quotidie, cum auxilio suæ gratiæ, Baptismali innocentia, circumferendo semper nobiscum Jordanem nostrum, compositum ex aquâ lachrymarum, & obeuntibus semper ipsismet nobis officium S. Joannis Baptistæ. Exoptare imaginem, quæ nostris exponat oculis omnes has magnas veritates, illasque absque intermissione persuadeat nobis, nonne hæc æquitatis & sanctitatis plenissima sit præsentio? quâ ratione igitur condemnanda?

Ille, qui agebat pro deserto & jejunio Domini Salvatoris nostri, gaudebat aliâ, cui non minor estimatio tribuenda: siquidem desertum est regio sanctitatis, ubi

Non minus semper habenda est memoria jejunii & solitudinis ubi Jesu Christi.

Fff 2

ubi virtus suam quærit asylum, securè ut degat & agat à mundi contagione. Proderat parum innocentiam recepisse in Baptismo, nisi & ipsa conservaretur fugâ & separatione à mundo, ubi nunquam non est in periculo. Ex aliâ parte jejunium, quod subiectum tenet corpus animæ, opus & exercitium est ad eò sanctum, quodque tam familiare debeat esse cunctis Christianis, ut non satis insculpi ipsorum mentibus possit illius tum pretium tum memoria. Adhæc oratio, quæ nutrit & conservat illud, ut reciprocè ab hoc conservetur, est tantæ exercitium excellentiæ, ut nunquam à nobis sit intermittendum; cumque ambo sint arma, quibus ipsemet Jesus Christus vincere nos docuit magnos salutis nostræ inimicos; hinc ille, qui præ tendit conservationem imaginis, publicum tot sanctorum exercitiorum spectaculum exhibentis, desiderat rem ad eò fructuosam & sanctam, ut sine magnâ violatione justitiæ ipsi denegari haud quam possit.

Rationi igitur congruum non est, ut vel unus vel alter suâ cadat causâ; sed ambo obtinebitis eam. Cuncta tribunalia non eadem gaudent felicitate; si attribuunt causam uni, necesse est, ut abnuant illam alteri; siquidem plerumque contingit unum

defendere iustitiam, alterum præ tendere iniquitatem, id est, verum & falsum, bonum & malum, quæ nunquam poterunt concordari; sed duæ veritates & duo bona absque ullâ concordantur difficultate. Baptismus & jejunium Domini nostri sunt duo mysteria vitæ suæ, quæ non solum se compatiuntur & inter se conveniunt optimè; sed videtur quasi illa ab invicem separari non posse. Habetote utrumque; piissimum & sanctissimum præstabitis vos opus, si formabitis imaginem novam S. Joannis Baptistæ, quæ exhibeat ipsum Baptizantem Christum ad Jordanem; & vos ex vestrà parte conficietis opus non minus acceptum Deo, si conservabitis & in bonum statum restituetis antiquam vestram imaginem S. Joannis Baptistæ, quæ repræsentat ipsum in deserto. Imponite utrumque altari vestro; tantum abest, ut mutam inter se tolerare non possint societatem, ut potius ex hæc reciprocum accipiant splendorem & gloriam; & si cura impendatur, ut insculpatur firmiter animo populi illud, quod quævis exhibet & oculis exponit mysterium, notabile addet antiquæ vestræ erga Patronum vestrum pietati ac devotioni augmentum.

Et hæc ratione concordavimus totam ipsorum disceptationem

Omnes ii, qui non nisi DEI querunt gloriam, facili negotio concordantur.

ac controversiam; ambæ acquirerunt partes, eòquòd utraque suam obtinuerit causam: relictis ergò illis in pace, & acceptis reciproce ab eis grati animi exhibitionibus, recessimus, ut nostram resumere viam.

Cùm abiremus inde, bonis avibus, occurrerunt nobis Philemon, & Priscus, antiquâ familiaritate & amicitâ nobis conjuncti, quos socios adhibuimus, quasi totius nostri residui itineris.

CONSULTATIO XIII.

Jesus Christus incipit se manifestare mundo ratione quâdam, quæ evidenter demonstrat, ipsum esse DEum.

Opportunus admodum nobis accidit hic Philemonis & Prisci occursum, ad mitigandos aliquantisper diuturni nostri itineris labores, tum ob gratiam, quâ plurimum pollebant, conversationis suæ amœnitatem, tum ad prosequendum, cui nos obstrinximus, colloquium, decernentes animo non prius desistere ab eo, quàm indagaverimus cuncta, quoad nobis licuerit, quæ spectant ad gloriam & excellentias Christi Jesu, quamvis impenetrabiles ingenium Angelorum, tum hominum contineant abyssus, totumque id, quod de iis dicere possumus, non sit nisi parva è mari extracta aquæ guttula.

Philemon sinistra natiuitatis forte institutum tenuerat Judæismi, sed ab aliquibus annis Christianismi receperat gratiam, postquam diuturno tempore amabi-

les misericordiarum Dei respue- rat invitationes, ex ingenitâ infelicis ipsius nationis proterviâ, ac obfirmato sibi quæ hæreditario adversus Jesum Christum, cujus nec nomen tolerare possunt, odio. Cùm peracri polleret ingenio, non leviter nec superficialiter percurrere eas, quas secum volvebat, materias, penitus volens illas rimari & nôsse è fundo; & quia æstimabat plurimi suorum religionem Patrum, nihil non fecit, ut abstrusissima eructet & cognosceret illius arcana, reconditissima mysteria, assiduâ veteris Testamenti lætitatione, cum novum non nisi magno prosequeretur contemptu, velut fabulam, quam ne quidem suâ dignabatur lætione.

Nihilominus cum aliquando magis seriò secum perpenderet, oportere hanc fabulam speciosis saltem quibusdam induciam &

Fff 3

obdu-

Quomodo doctus & sapiens Judæus fuerit conversus & factus optimus Christianus.